

est, asserere causam tuam, & non deferere tuos
confessores, quia Deus noster & Pater noster es.
Tibi seruumus, & propter te plectumur. Domini
est tueri seruum fidelem: quis ibi servire vellet,
si ei adesse non velles? Ex his & pluribus verbis,
quaesitius Theodorus, sancta memoriae, D. Phi-
lippo preceptor Augustam versus literis inserta
exponit, ardens fide & spe pectus Lutheri con-
spici potest. Et iisdem verbis Theodorus, Phi-
lippum & socios Augustae pugnantes contra Goli-
athum, erigit panidos, & consolatur infirmos, & ad
imitationem fiduciae & precationis Lutheri ad-
hortatur, quandoquidem causa sit non nostra, non
hominum, non Cesaris, non Imperij, non Electo-
rum aut Principum, sed omnipotentis Dei, Crea-
toris & Redemptoris nostri. Quanta etiam effi-
cacia fuerit precum Lutheri, ostendit catastrophe
directa ad gloriam nominis divini, & propagatio-
nem Veritatis celestis. Hec oratio Mosis pro
exercitu Dei triumphum celebravit. Et adycere
libet sermonem D. D. Vuelleri, beatae memoriae,
Theologi temptationibus & experientia exercitio-
rum spiritualium probatissimi, qui se ex ore Lu-
theri, cui ipse carissimus & familiaris esset, audi-
uisse narrabat, certum se esse, si voluisset, impetra-
turum & fuisse se dudum, &, si vellet, consecutu-
rum esse a Deo precibus suis, colloquium cum An-
gelo, a quo in doctrina certitudine confirmaretur:
sed se nunquam vel fecisse hoc, vel facere velle, tri-
bus de